



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Eleemosynæ largiende nescitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

stationes, festa ac stata ieiunia contemnere, Ecclesiæ præcepta, ac iussa superiorum, parui facere, hæresibus primum ac superstitionibus, & demum huius temporis & æternis futuri sæculi malis amplissimam fenestram aperire.

11. Per ingritudinem beneficium acceptum contemnere, non agnoscere, obliuisci beneficium aut benefactorem.

12. Non habere animum retribuendi, aut pro beneficijs mala rependere.

13. De mortuorum fraudare extremam voluntatem, aut non tempestiuè exequi.

14. Erga egenos immisericordem esse.

X V.

AD euitandam diuinæ maiestatis indignationem, & quæ eam sequuntur, æternas pœnas; necesse est, vt diuites quicquid ex facultatibus salua conditione status personæ quam gerunt, superest, in pauperes distribuant, aut in vsus causasque pias, porro autem cum extrema necessitas vrget, non tantum, quæ saluo personæ statu redundare vident, sed etiam quæ ad suam cuique aut suorum sustentationem minimè necessaria sunt, sub eadem interminatione elargiri necessum est. Sic enim apud B. Ioan legimus *si quis habuerit substantiam huius mundi & derit fratrem suum necessitatem patientem, & claudet*

Diuitibus plus satis tenacibus tremenda hæc sunt, sed vera nihilominus.

1. Ioan. 3.

serit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei est in illo? Et Salamon. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & ipse & non exaudietur.* Tritum est illud Ambrosij à Gratiano citatum. *Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti.* Et D. Greg. in pastoralis: *Admonendi* (inquit) *sunt, qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur: vt sciant sollicitè, quod ea de qua sumpti sunt, cunctis hominibus, terra communis est, incassum ergo se innocentes putant, qui cõmune Dei munus, sibi priuatum vendicant, qui cum accepta non tribuunt, in proximorũ nece grassantur, quia tot penè quotidie perimunt, quod morientium pauperum apud se subsidia abscondunt.*

Pro. 21. Dist. 86. 2. p. ad- mon. 22. Hæc admonitio nõ solum pueris diligenter inculcãda, sed omnibus cordibus penitens infigenda.

XVI.

CONTRA QVINTVM PRÆCEPTVM.

1. **V**Eneno, potionem, gladio, aut quacunque demum ratione, etiam in matris utero existentis vitæ hominis, ac incolumitati nocere occidere, aut hæc ipsa conari.
2. Concutere aut malè tractare prægnantes.
3. Vulnerare, percutere, & quoquo modo cædere.
4. Consilio, auxilio, consensu in talibus cooperari.
5. Sectari bellum iniustum.

Cum